

quæ gignuntur, gignitur cum iis quæ exoleuerunt, exoleuit, in iis quæ futura sunt, futura etiam ipsa est. Quamobrem deficit luna pridie, quia terra inter solem & lunam extit media. Quamobrem deficit postridie, quia existit media. Quamobrem deficit modo, quia existit media. Igitur in his cause cum effectis suis inuicem respondent, & quasi pedem pariter ponunt: unde & reciprocantur.

C quemadmodum effectus non coeui causam demonstrant. **Caput XVI.**

In iis vero, quæ simul non habentur, sed causæ temporibus praecount, quales parte plurima sunt agentes, ut Sardas aggressi bello, quod contra Medos suscepimus est causam dedere, & raptore Helenæ, ut llium euerteretur. In iis inquam, nec responsus illæ, nec regressus seruatur, nec eadem necessitas demonstrationis descendenteribus atq; ascendentibus perpetua est, sed si cœpimus à causa sit, conclusioni necessitas non affertur, si ab eventis affertur. Domus est, oportet igitur haberi. Parientes sunt, oportet igitur fundamenta esse iacta. Agamus retro: Fundamenta sunt, igitur & parientes. Parientes sunt, igitur & domus, non sequitur.

C quemadmodum cum hoc post hoc oritur, continuatio hæc actio
pienda sit. **Caput XVII.**

Sed hoc mirum cuiupiam illico sit. Nam si quod factum prius est, causa eius non dicitur, quod posterius factum est, quomodo id continuaudæ generationis causa fuerit? id est ne subcisiuus rerum ortus interpolari unquam habeat, an tempus propterea quod continentis serie est, videri facit res, quæ modo sicut contineri cuncti factis? Nam omnis generatio in tempore absoluatur, est quicquam generatum & factum, generationis consumatum finisq; est, ut punctus linea. Ergo quemadmodum linea inter puncta dirimitur, nec præterea cum parte quæ consequitur, continua est ita si factum quicquæ esse & generatum notaueris, necesse erit generatio insequens attineri non possit cum priore. Nam generatum esse aliquid in confinio temporis, & momento contingit. Tempus ex momentis non constat, nec generatio ex iis, quæ quod cum præfatione dixerim uenire sub hoc nomine, generatio esse, intelliguntur. Sed haec ab instituto nostro aliena sunt. Diligentiusq; de his in libris de motu egimus: illud manifestum est in iis, quæ plerung; eueniunt, ab effectis ad causas, & a posterioribus ad priora necessarium recursum uideri. Siue enim generatio efficit continua, inter effectum & causam, siue inter posterius & prius, media causa interveniret. Nunc quod acceptio ter minorum continua non est, ad immediata procumbit & cessat. Si domus sit, & parientes, fundamenta; si fundamenta, camentum, & lapides. Inter hos terminos nihil intercidit.

C quando demonstrationes reciproce, circularesq; singularesq; locum habeant. **Caput XVIII.**

Verum quom aliqua huiusmodi habeantur, quæ se circuitu quodam inuicem generent, in iis & demonstratio obambulatoria locum habebit: quoniam hæc in totum reciprocant, sibiq; modo causa, modo effecta uicibus sunt, ita in argumentando robur & felicitas par, siue ab initio, siue a summa auspicio capias. Terra imprimi madida halat uapores, hos ui caloris efferti necesse est. Ex his nubē cogi oportet, hac coacta imbrificataq; denovo madescit terra. Hoc autem est id à quo sumptum exordium est. Res ergo in orbem deducitur. Vno aliquo posito aliud oritur, quo orto subinde aliud nascitur: quo nato, iterum ad originem resiliunt.

Effecta que maiore ex parte eueniunt, probari per media eiusdem generis. **Caput XIX.**

An habitus hic maxime cernitur in iis, quæ perpetuo ac necessario generantur. In quibus enim necessarius est circularis motus, in iis & demonstratio circularis